



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Decretales Qvatvordecim De diuersis titulis Decretalium, Sexti, &  
Clementinarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Sumptæ de diuersis titulis Decretalium,  
SEXTI ET CLEMENTINARVM  
Inquisitionis Officio congruentes.

Clemens V. in Concilio Viennen.

Et habetur in Clementinis, ti. de usu  
ris cap. unico. §. ultimo.

*Pertinaciter asserens, exercere usuras, non esse  
peccatum, hæreticus. est. Ioan. v. And.*

† Vide Squil  
lacen. de fide  
catho. ca. 15.  
Zanch. de hæ  
ret. c. 35. Car  
rer. de hæret.  
num. 9.



X graui † ad nos: & infra. Sane, si quis in illum errorem incidit, vt pertinaciter affirmare psumat, exercere usuras non esse peccatum, discernimus eum velut hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omitant.

Ex Decretalib. ti. de purg. Cano.

Innocentius III. Senonen. Archiepiscopo.

*Propter magnitudinē criminis infamatus suspē  
di potest ne dum ab officio, sed etiā a beneficio, donec  
se purgauerit. hoc primo, Et augetur propter hoc nu  
merus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa inter  
dum post purgationem præstitam suspenditur quis  
ad tempus, hoc tertio. Et deficiens in purgatione  
punitur vt conuictus, hoc quarto.*

C. A. P. X.

**I**NTER sollicitudines nostras, illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas: & infra. Licet ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsque ad purgationem canonicam doceat suspendendos, quia tamen eum etiā a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare. Nec illud etiā improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Attēdentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, quæ contra Decanū facere videbantur, eū propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicēda & seruantes iustitiā, & molientes rigorem, purgationem ei xiiii. manus, sui ordinis duximus et indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, ubi noscitur infamatus: Mādamus, quatenus accitis tecum Niuernens. & Parisien.

A Episcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen vt qui ad eius purgationem processerint comprobendam, sint fidei Catholicæ, & vita probati, qui conuersationem, & vitam ipsius nō tam modèrno tempore nouerint, quam trāfacto: Purgatione vero recepta, beneficium ei restituere nō postponas. In pœnam autem familiaritatis illius, quā cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensū: donec scandalum sopiatur, ita tamen vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcipias insuper ei districtè, vt in prædicta, & alijs villis circumpositis profiteatur, & prædicet fidem catholicā, ac confundat, & detestetur hæreticā prauitatem, sic deinde uitam suam bonis adornans operibus, vt in fama cōuertatur in bonam famā, & omne scandalum, & suspicio catholicorū mentibus deleatur. Quod si forsan in purgatione fecerit, eum ecclesiasticæ disciplinæ inuicem percussas, & ab officio, & beneficio depositum ad agendam pœnitentiam in arcem monasterium detrudere non omitas.

Sane h in purgationibus faciēdis, cū satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, secundum propriam conscientiam, & opinionē iurare, quod purgandus sit a crimine immunis, vel quā bonū exhibuit iuramentum: si purgatores ab Ecclesia tolerentur, & sint bonæ famæ, in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, proculdubio sunt abſque vilius indagine admittendi.

COMMENT. XIII.

**I**NTER sollicitudines.) Dubitari potest, quo consilio Eimericus hæc decretalem. & sequētes, hinc inde deprōptas, hic collocarit: sed causa in prōptu est: nam quedam ex eis de penis hereticorum agūt, quedam penitentijs, redentium, alię denique multas, & varias, difficultates, circa hæreticos, & eorum penas, & ordinem iudicium in hoc tribunali obseruandum declarant: vnde non sunt ab instituto alienæ, cōtra quam imperiti quidam sentiāt, dicentes, absurdum uideri eisdem penitus uerbis trāscribere, quæ alibi passim reperiri possunt. quorū iniustis uocibus alibi plenius satisfecimus. In hac uero præcipue de purgatione canonica imponenda infamato de hæresi differitur: it em & de alijs quibusdam ad negotium de penis hæreticorum spectantibus, quorum cognitio valde est fidei iudicib. necessaria. nos omiſsis minus necessarijs, sūmatim more nostro utiliora, frequentiora, & ueriora trademus.

Hoc tamen admonēbo, vix cōmode hoc ca. intelligi posse, nisi uideatur integra Decretalis lib. 2. Regesti Innocentijs III cuius argumentum est: ut Decanus Niuernensis de hæresi suspectus, & diffamatus, cogatur se purgare, atq; abiurare, super quo Dominus Papa scribit Archiepiscopo Cenonen.

b Cum

**B** Cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda.) De purgatione canonica, q̄ ad præsentis institutum attinet, & differunt cōmuniter iuris interpretes in d.c. inter sollicitudines. & alibi sæpe Repertoriū Inquisitorū, v̄mbertus Locatus, Bernardus Comensis in lucerna, Syluester, Angelus, & ceteri in Summis, verbo purgatio. Cæpigijs ad Zāebriam c. 11. Simancas de catho. insti. tit. 56. idem in enchyridio violat. a religionis, tit. 54. Gondiffal. de hære. q. 15. nu. 11. copiosè Eymericus 3. p. in 2. modo processum fidei terminandi. idē infra in hac 2. par. in Concilio Tarraconensi, & q. 58. nonnul. la etiam Antonius Blancus tractatu de indicijis, nu. 283. et 284. vbi declarat quid dicatur purgationis iuramentum Tabienfis in summa verbo, Inquisitor. §. 18. & alijs multis locis.

**E**st autem purgatio canonica, ostensio innocentiæ de crimine obiecto. hæc iudici potest, quoties aliquis graui hæreseos infamia laborat: aut vehementer est de hæresi suspectus: aut graue scandalum in causa fidei populo dedit, vt apertissime probant illa rescripti verba: Attendetes autem vulgatam infamiã, &c. tamen si passim dicatur purgationem canonicã solam indicendam, cū reus publica laborat infamia, quod tamen non improbarim; cum vix reperiri possit aliquis esse vehementer suspectus, & graue scandalum parturitus, qui publica non laboret infamia. deniq; nec ob has causas solum inducitur purgatio, cum arbitrio iudicantis relinquatur, quando reis canonica purgatio iudici debeat, ut rectè scripsit Dec. in cap. at si clerici. de iudic. nu. 75.

**E**t seruantes iustitiam, & mollientes rigorem, purgationem ei xiiii. manus sui ordinis duximus et indicendam.) Hi dicuntur compurgatores, quos forte Marcus Cicero actione vltima in Verrem laudatores appellat; tamen si per laudatores, testes probationis de vita & morib; intelligi potius crederè. Et purgatorum munus est, iurare se credere, verum iurasse reum, cum dixit se nunquam aut commississe aut dixisse eas, ob que infamia laborat, quamquam autem XIII. purgatores hic statuuntur, non tamen putandum est id perpetuum esse, hoc est, quemlibet purgandum, tot purgatores habere oportere: quoniã taxare hunc numerum arbitrio iudicis relinquitur, iuxta qualitatem criminis, infamiã, & personã, qua in re prudentissimè esse oportet, ne tot requiratur, qui vel inueniri no possint, vel purgare nolint, quod in manifestum vergeret purgandi detrimentum, Panor. in c. cum in iuuentute, de purg. cano. Bernardus in lucerna, verbo, purgatio. §. 3.

**I**ta tamen vt qui ad eius purgationem prodesserint comprobadam, sint fidei catholici.) Hæc est purgatorum qualitas, & concordat textus in c. si legitimi. 2. q. 4. c. cum P. Manconella, c. constitutus. c. dilectus. de purg. cano. tradit Simancas de catho. insti. tit. 56. nu. 11. Umbertus uerbo, purgatio. nu. 9. & alijs præcitatis locis.

**O**bseruandum hic est, in cōpurgatoribus plura requiri, vt huic muneri satisfaciant. Primum, vt ab Ecclesia tolerentur: secundo quod sint bonæ fame: tertio, quod non fuerint de criminibus condemnatis: quarto, ut habeat notã uitam illius, quem purgant: quinto, quod iurent secundum suam conscientiam se

**A** credere, verum iurasse reum. Panormitanus in dicto capitu. constitutus. de purgat. Cano. Repertoriū Inquisitorum uerbo, purgatio. §. nota quod in compurgatorib; Postremo (vt vno verbo dicam) tales persone recipiendæ sũt, seu admittendæ ad aliquem compurgandum, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius obtentu deierare, sicut ait Alexander III. scribens Episcopo Cestrensi, vt habetur in cap. insinuatim. 15. titulo de Simon. quod refertur post Concilium Lateranen. sub Alexandro III. p. 2. adde Bernardinum Diaz in practica crimin. Cano. cap. 140.

**I**ta tamen vt familiaritatem hæreticorum ab iuret.) Sed nonne valde iniquum est, pro eodem crimine debere quemquam pluribus teneri legibus, aut pœnis coerceri? cum diuinitus Naum Propheta dixerit capitulo primo. Non confurget duplex tribulatio neque vindicabit Dominus bis in idipsum. capitu. sceleratior. capitu. sunt plures. de pœnit. distinct. 3. capitu. presbyter. 81. distinct. Cum ergo iam fuerit canonica purgatio indicta, iniquum est nunc ad abiurationem eundem reum compellere. Cæpigijs ad Zanchinum cap. 11. versicu. doctrinam hanc dicebat ratione infamiæ purgationem iudici; ratione vero suspicionis abiuratione: quæ sententia diligentius inspecta forte vera non est: quoniam purgationem ablata est etiam suspicio, vnde non est amplius abiuratio imponenda. ergo verior est Panormitani expositio in dicto capitulo inter sollicitudines numero tertio, dicentis, propter infamiã, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex dictis testium abortam, purgatione fuisse indictã: rursum quia reus ille scienter cum hæreticis familiaritatem inierat, quæ legitime probata erat, coactus est abiurare, non quidem illas hæreses, de quarum suspicionem iam purgatus erat, sed solam familiaritatem cum hæreticis.

**A**tque ex hac interpretatione, quæ semper mihi verior visa est, refellitur sententia Cardinalis in Clemen. 1. de vsuris. §. sanè. q. 22. nu. 12. & Francisci Squillacensis tracta. de fide catho. c. 31. num. 1. & quorundam aliorum asserentium, reum vehementer suspectum prius torquendum: quod si nihil confiteatur, purgationem ei esse indicendam, & si fuerit ex purgatus tandem vt abiurare quoque compellatur: nam hæc sententia nimis est saua, et cum vnaquaq; harum pœnarum sit efficax ad tollendam suspicionem, planè iniquum est reum tot pœnis subijcere. ita Simancas de catho. insti. tit. 56. nu. 18. & seq.

**C**aterum in hac causa obseruanda mihi videtur doctrina Madriliana instructionis Hispaniæ anno Domini. 1561. ca. 54. quæ ita fermè habet: Si reus superauerit tormentum, debent tunc Inquisitores arbitrari, & considerare qualitatem indiciorum, & quantitatem, & formã seu modum tormenti, & dispositionem seu naturã & ætatem ipsius reitortis; quibus omnib; cōsideratis, si visum fuerit quod reus sufficienter purgauerit omnia indicia, absoluent eum ab ea iudicij instantia, quod si ob aliquam rationem, & causam visum fuerit, (consideratis prædictis qualitatibus) tormentum nõ fuisse inflictum cum debito rigore; tunc imponere ei poterũt abiurationem de leui

**H** 2 vcl

An purgatio & abiuratio simul sit alicui in iungenda.

Circa reũ vehementer suspectũ quid obseruandũ.

I. De purgatione canonica qui differunt.

Purgatio canonica quid sit, & quando indicatur.

Purgatores & eorum munus, & nomen.

Purgatores quales esse debent, & quorũ eis requiratur.

vel vehementi, aut aliquam penam pecuniaria: A quamquam hac fieri non debeant nisi cum magna consideratione, & quando iudicia non credunt sufficienter purgata. hac ibi. Quod mihi iustissimum videtur, & observandum penitus in praxi, quoties is casus occurreret, qui sapissime occurrere solet. atque hoc etiam sensisse videtur Eymericus si diligenter inspiciatur. 3. p. in 3. modo processum fidei terminandi. nu. 137.

Quando in- iungendū reo vt publice fidei laudet, errores detestetur. f. Præcipias insuper ei districtè, vt in prædicta, & alijs villis. Hunc locum pulchrè interpretatur Zachinus de hereticis c. 20. nu. 2. ver. item si talis. Repertorium verbo, penitentia. vers. item si male. & similis omnino penitentia iniungitur per Ioannem XXII. in extrauag. Vas electionis. de heret. in sine relata in hac 2. parte.

Est autem hæc penitentia valde cõueniens: nam medicina debet esse morbo contraria. itaque si de fide verbis aut factis male senserit, iubendus est eã publice laudare, & predicare, & contrarios errores disteteri: sed hæc penitentia doctis, non imperitis imponenda est.

g. Quod si forsan in purgatione defecerit. Sed qua est pena deficientis in purgatione? vide Hostiè sem in Sum. tit. de purg. cano. §. que sit pœna. nu. 7. Vmbertum verbo, purgatio. nu. 9. 10. & 11. Repertorium verbo, deficientis. Simancam de Catho. instit. tit. 56. nu. 13. & seq. & Archidiaconū in c. accusatus. §. 1. de here. lib. 6. quorū communis regula est, quod sicut puniretur reus de crimine, de quo impetebatur, si cõuinceretur, cõsiderato modo agendi, sic punietur si in purgatione deficiat. causam credit eleganter Archi. præcitato loco: dummodo intelligamus mitius agendū esse, si agatur per viã inquisitionis, quã si ageretur per modū accusationis, vt tradit And. Tirag. tr. ac. de pœn. tēper. aut remittēdis, causa 53.

Receptum tamen est, deficientem in purgatione pro cõuictis, & in causa nostra pro cõsumato heretico habendum esse. c. de hoc, & cap. insinuatim, de simonia. vbi communiter Doct. Panormitanus, & alij communiter hic. Bernardus in Lucerna, verbo, purgatio. nu. 7. & cum in tribunali inquisitionis receptum nunc sit, vt fiscalis semper accuset, consequitur planè, vt pœna ordinaria reus in purgatione deficiens puniri debeat, itaque & curiæ seculari relin qui poterit ultimo plectendus supplicio.

Sed quid si pœniteat, & misericordiam imploret erit ne audiendus? & verius, et receptius est, ut audiatur & admittatur ad Ecclesiæ gremiū: sicut, n. is, qui verè conuictus vel confessus est, si admitti humiliter postulet, non traditur curiæ seculari, multo minus is tradi debet, qui per probationem solum præsumptiuam qualis est purgatio, conuictus est. et hæc sententiam sequitur hic Panormitanus, & Hostiè sis, & ceteri communiter. Vmbertus in opere iudiciali, verbo, purgatio. num. 16. ver. nota etiam. Simancas de catho. instit. tit. 56. n. 16. idem in enchyridio, tit. 54. nu. 14. eleganter, & copiosè Bernardus in Lucerna, verbo purgatio. §. 9.

Ceterum animaduertendū est, quod si deficientis in purgatione alias incidisset in hæresim, nunc ex deficientia in purgatione tanquam conuictus, & relapsus curiæ seculari penitus tradendus esset: ita præci

Deficiens in purgatione q̄ alias incidit in hæresim, curiæ seculari tradendus.

tati: vnde amplius consequitur, vt periculum proximo relatum euitetur, non esse facile purgationem canonicã per Inquisitores reis indicendam: est enim fragilis, fallax, & incerta, cū ab aliorū opinionibus, & voluntate pēdeat. Itaq; in Hispaniã quadam cõstitutione Madriliana anni Domini 1561. cap. 47. his ferme verbis salubriter cautum est: Ob malitiã humanam purgatio canonica periculosissimum est remedium, his præsertim temporibus: ideoq; non multum est in vsu, quare illo vtendū raro, & cum magna cautela. Mea hæc est sententia, iustius & salubrius esse ad alias pœnas arbitrarías, aliaque remedia confugere. Cætera huc spectantia, & in primis quæ pertinent ad ritum purgationis, dicã cū Eym. 3. p. in 2. modo processum fidei terminandi.

h. Sane in purgationibus faciendis. Hęc verba, quæ sequuntur vsque in finem huius capituli, desumpta sunt ex c. cõstitutus, §. sane, de purg. cano. habentur in tribus Codicibus Barcinonen. impresso, Bononien. & Codice Cardinalis de Gabara: absunt tamen a Sabellano: Rẽstituta sunt autẽ suã integritati ex dicto c. cõstitutus. §. sane. Eymericū uero ideo retuli, vt hinc colligeremus, quales esse debeant compurgatores: de quo diximus paulo antea, vers. Observandum hic est.

Ex Decret. tit. de presumpt.

Innocentius III. Niuernen. Episcopo, & Archidiacono Bituricen.

Propter presumptionem etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condemnari.

C A P. XIII.

BITTERAS a vestras accepimus, cõtinẽtes, quod cum causa, quæ uerititer Aluissiodorẽsem Episcopum, & quosdam Burgenfẽs de Charitate, quos idem Episcopus de heresi imperebat, uobis & Abbati Collon. a Sede Apostolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa persona sibi arbitros statuerunt, delegata uobis potestate nihilominus referuata. G. autem lator præsentium vnus ex illis, hæresim suam fuerat publicã uoce confessus, & de fratre suo similiter recognouerat, quod eodem secum laborabat errore: & infra. Nos uero prædictum G. suspectum de hæresi, uehementer habuimus: tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit; tum: quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illum hereticum, vel periurium postea commisit in Deum, purgando illum de hæresi: quorum vtrumque reddit illum valde suspectum: quanquam uerisimilius uideatur, quod eo tempore, quo tanquam uerè penitens ab heresi reuertebatur a fide, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum non asseruisset hereticū, nisi fuisset accensus Zelo fidei orthodoxæ; vnde presumitur, quod cū postea purgauit illū de

de heresi turpiter deieravit. Quocirca madamus quatenus cum propter solam suspicionem (quāvis vehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem et tantam securitatē recipiat ab ipso, præter iuratoriā cautionem, quod timore pænæ corporalis debeat coerceri, discretam ei penitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrū in tenebris ambulet, an in luce: vtrum ve sit vere penitens, an fictē conuersus: & si eum hoc modo verum catholicū cognoueritis, non sinatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.

COMMENT. XV.

**L**itteras vestras.) Hoc rescripto aperte refellit eorum opinatio, qui dicunt in crimine heresis sufficere ad condemnandū leuiore probationes: quoniam ob graue delictum non debet quisquā puniri pœna ordinaria, etiam ob vehementes præsumptiones, vt hic. Tradunt Innocentius in c. quia verissimi, de præsum. Butrius, Cardinalis. & alij, in c. affer te, eo. tit. Palacius Rubius in allegatione de heresi. §. 11. Ioannes Imola in Clemen. 1. de heret. Perusinus in c. accusatus, de hereticis lib. 6. Oldradus conf. 210. incipien. regularis habet traditio. Fraciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 13. nu. 3. copiose Ioannes Roias singula. 165. Simancas de catho. instit. tit. 5. §. 1. nu. 11. & alij, quos omitto consulto: quam sententiam probat apertissimè hoc rescriptū ibi: Quocirca mandamus.

Ex lib. præsumptionib. memoriam. dat.

In crimine heresis cōstiti cōtra conuictos tenentur.

Filius de mortua patrem hereticū, nullas pœnas in hereticorum filiis iure laici sentit.

**A** maiest. quod & verum est, & in praxi seruandum, quoties is casus occurreret, ne villo modo tantum secus ex defectu denūciationis remaneat impunitum. tradit cæteris copiosius Alfonso Castus lib. 2. ca. 26. de iusta heret. puni. et nominatim definiuit Federicus Romanorum imperator, in l. cōmissi nobis celtus, ubi post latas pœnas in hereticos, eorumque cōplices, & filios, subdit: Nec quidem a misericordia finib. duximus excludendū, vt si qui paternæ heresis nō sequaces, latentē patrū perfidiā reuelauerint, quacūq; reatus illorū animaduersione plectantur, prædictæ punitioni nō subiaceat innocentia filiorum. Hæc ibi. Has autē Federici leges multi Pontifices cōprobarūt, vt suo loco diximus.

**B** Quoniam verisimiliter videatur, Sed cui dicto stabitur, primo, vel secūdo, et breuiter respondeo, speciale esse in crimine heresis, vt posteriori, non priori dicto fides adhibeatur, cap. accusatus, §. licet, de heret. lib. tradit Eym. 3. p. q. 65. vbi dixi Couar. lib. 2. c. 13. nu. 9. var. resol. 10ā. Roias singul. 194. & 206. & alij, quos citauit apud Eymericum præfato loco, ibi videns.

Speciale est in crimine heresis, vt posteriori, non priori dicto fides adhibeatur, cap. accusatus, §. licet, de heret. lib. tradit Eym. 3. p. q. 65. vbi dixi Couar. lib. 2. c. 13. nu. 9. var. resol. 10ā. Roias singul. 194. & 206. & alij, quos citauit apud Eymericum præfato loco, ibi videns.

**C** Ex qua valeat apparere, vtrū in tenebris ambulet, an in luce: Id est, vt cognoscatur an sit vere vel fictē conuersus; quod ex sequentibus signis apparbit, si paratus est securitatem, & cautionē dignā præstare: si iniunctā penitentiam humiliter recipiat, receptamque patienter & vere adimpleat; quod si hæc desint, aut ex his alterum, non censetur vere penitens, & conuersus. ita Ioan. And. Hostien. & Pa normitanus hic, quos cæteri sequuntur.

Quib. signis cognoscatur an quis sit vere uel fictē conuersus.

Ex Decretalibus tit. de penis.

Honorius III. Preposito, Archidiacono, & H. Canonico Suesion.

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent, & si longo tempore in ea persistit, & monitus non paruerit Ecclesiæ, ab eius debito absoluntur.

C A P XIII.

**G**RAVEM capituli Laud. recepimus questionem, quod cum Comes Registren. pro multis iniurijs, quas irrogat eis dē per iudices a Sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem per duos annos, & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, clauis ecclesiæ contemnendo. Lice t igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis su prædicti: Dilcretionē uestrā mandamus, quatenus si Comes prædictus post commotionem uestram nō paruerit plenē iuri, vos Ecclesiæ in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quam diu in excommunicatione persistit) ab eius fidelitatis iuramento denuntietis penitus absolutos.

Resistens in  
excoicatione  
per anni car  
fiat de heresi  
suspectus.

**I**dem per duos annos, & amplius in excom-  
municatione persistens. Qui per biennium  
persistit in excommunicatione, ideo suspicionem he-  
resis contrahit, quoniam male sentire videtur de sa-  
cramentis Ecclesie. postquam ea non recipit ut ceteri  
fideles, iuxta preceptum Ecclesie in c. omnis. de pe-  
nitent. & remissio. Rursus etiam, quia male sentire  
putatur de Ecclesie potestate cum claves eius, & pe-  
nas animo indurato contemnat. Tamen si vero hic  
biennium exprimitur, idem sentiendum est, licet per  
annum tantum in excommunicatione permansisset  
argum. c. rursus. & c. quicumque, l. 1. q. 3. ita Hostien.  
& Panor. hic, nu. 7. confirmat Concil. Trident. sess.  
25. de reformatione, cap. 3. §. in causis quoque. Vbi  
quicumque excommunicatus si per annum in ea cen-  
sura perseveret, sit suspectus de heresi. Verba ita ha-  
bent: Excommunicatus vero ubicunque, post le-  
gitimas monitiones non resipuerit, non solum  
ad sacramenta, & communionem fidelium, ac  
familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato ani-  
mo censuris annexis, in illis per annum infortu-  
ritatem contra eum tanquam de heresi suspe-  
ctum procedi possit. hactenus ibi. Concordat Concil.  
Triburien. c. 2. & 3. & de intellectu huius capituli  
videto Emericum 2. p. q. 47. §. quidam vero sunt.

Nobiles in fi-  
de errantes  
plus puniendi  
quam ignobi-  
les.

**b** Volentes tamen nobilitati parere Comitis su-  
pradi. Concordat tex. in l. nemo. C. de summa Tri-  
nit. & fide cathol. Vbi plus in causis fidei servi quam  
liberi, & ignobiles quam nobiles puniuntur. Sed hoc  
in penis corporalibus, aut omnino arbitrariis locum  
habere existimarem. glo. in c. non cogantur. 41. di-  
stinct. Bartolus in l. Padius. §. diuus. ff. de incend.  
ruina naufrag. Cynus & Baldus copiose, in l. vlt.  
C. de summa Trinit. et fide Cathol. quoniam alias no-  
biles in fide errante plus puniendi sunt quam igno-  
biles, aut certe aequae. Archidia. in cap. qui contra,  
24. q. 1. Fel. in cap. pastoralis. vers. sexto fallit. &  
in c. cum quibus, ver. quinto est, de iureiur. quos sequi-  
tur Tiraquellus tracta. de penis tempera. aut remit-  
tendis, causa 3. nu. 25. Siman. de Cathol. instit. tit.  
48. nu. 68. Quis enim nesciat nobiles, quorum exem-  
plo maxime inferiores, & ad bonum & malum co-  
mouentur, positos esse in populo quasi scopum, quo-  
rum actiones intueantur cives facile & sequantur,  
& grauius ob id delinquere, quam obscuros & sordi-  
dos? Hinc illud, ut eleganter ita & vere dictum.

Omne animi vitium tanto conspectius in le-  
cimen habet quanto maior qui peccat, ha-  
betur.

Atque ex his intelligitur quam tanta, prudens,  
salubris, utilis, iuxta, ac necessaria fuerit constitu-  
tio Sanctissimi Domini Pauli Pape IIII. cuius ini-  
tium est: Cum ex Apostolatus officio quam edidit  
Romae anno Domini 1558. xv. Calen. Martij. Pon-  
tificatus sui. anno quarto, per quam vel ex hoc so-  
lo capite, quod nobiles praesertim qui alius praesunt,  
grauissime suo exemplo illis nocent, grauissimas &  
meritas penas in eos statuit. de quare copiosius age-  
mus cum Eym. infra hac 2. p. q. 48. et 53.

COM E H

*Innocentius III. Comiti Tholosan.*

Dicit qui dicuntur haeretici manifesti, quorum  
bona confiscantur.

C A P. XXVI.

**S**

**V**PER quibusdam mandatorum arti-  
culis: & infra. Tua deuotio postulauit  
a nobis, qui sint dicendi haeretici mani-  
festi. Super quo tibi duximus responde-  
dum, illos intelligendes esse manifestos haereticos,  
qui contra fidem Catholicam publice praedicant,  
aut profitentur, seu defendunt eorum errorem;  
vel qui coram praelatis suis conuicti sunt, vel con-  
fessi, vel ab eis sententialiter condemnati super  
haeretica prauitate: quorum bona propria confi-  
scant, & ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur.

Ex Decre. tit. de off. & pot. iud. deleg.

*Alexand. III. Carnoten. Episcopo.*

Delegatus Papa in causa sibi commissa iurisdictio-  
nem habet super ordinariis, & quemcumque maiore.

C A P. XI.

**S**

**A**NE quia nos: & infra. Tua quaestioni  
duximus respondendum, quod iudex a no-  
bis delegatus, vices nostras gerit: vnde  
in causa illa superior est, & maior illis quorum cau-  
sam suscepit terminandam. Ideoque si episcopus,  
vel alia persona, quae non sit de iurisdictione illius,  
in causa qua ei delegamus, rebellis aut cotumax  
fuerit, secundum qualitatem facti, poterit, vel inter-  
dicti vel suspensionis sententia, a iudice delegato  
compelli: Ita quod iudex secundum negotij qua-  
litate temperate procedens, episcopo vel mgra-  
sum ecclesie, uel sacerdotale officium interdicit,  
aut etiam terram illius, quae ad iurisdictionem  
suam pertinet specialiter, interdicto supponat.

Ex Decretalib. tit. de sent. excommun.

*Honorius III. Episcopo Bonon.*

Excommunicat haereticos & quoscumque violat  
res ecclesiasticae libertatis.

C A P. XLIX.

**N**

**O**VERIT fraternitas tua: & infra. Ex-  
communicamus omnes haereticos vtri-  
usque sexus, quocumque nomine censean-  
tur, & fautores, & receptatores, & defensores eo-  
rum: Nec non & qui de cetero seruari fecerint statuta  
edita, et consuetudines introductas contra Ecclesiam  
libertate, nisi ea de Capitalibus suis infra duos me-  
ses post huiusmodi publicationem in se fecerint amo-  
ueri. Ita excoicamus Statuarios, et Scriptores sta-  
tutorum

tutorum ipsorum: necnon Potestates, Consules  
Receptores, & Consiliarios legum, ubi de cetero  
huiusmodi statuta, & consuetudines edite fuerint  
vel servate: necnon & illos qui secundum ea præ  
sumpserint iudicare, vel in publicam formam  
scribere iudicata.

COMMENT. XVII.

**A** Excommunicamus omnes hereticos vtiuf  
que sexus, Concordat. tex. in c. excommu-  
nicamus 1. & 2. de hereticis, in quam etiam senten-  
tiam sunt multa Pontificum rescripta Innoc. III.  
Urbani III. Alexan. III. & aliorum, quæ ut no-  
ta omnibus consulo omitto.

**B** Item excommunicamus Statutarios, & Scri-  
ptores statutorum ipsorum. Idem proxius senten-  
tiam est hodie de impressoribus librorum, qui tẽpore  
Honorij III. cuius est hoc rescriptum, qui floruit  
anno Domini 1216. nondum prodierant, quia reue-  
ra hæc lege comprehenduntur: non aut impressores in  
locum scriptorum antiquorum seu librarium sub-  
stituti sunt: itaque dispositum in illis, in his etiam  
habebit locum. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testis. liber  
esse iussit. Rursus, quoniam verorumque ars in  
eundem finem refertur, & parum effectum habet,  
consuebuntur itaque eodem iure. l. illud. ff. ad legem  
Aquiliam. immo impressoria aptior est ad libros  
cuiusmodi reddendos, propemodum immortales.  
ita sentit & vere Petrus Godoff. in l. damnato. c. de  
hereticis, & hodie saluberrima lege in Concilio Tri-  
dentino, Sessio. 4. in decreto de editione, & usu sacro-  
rum librorum; sed & impressoribus cautum est,  
ne sine Superiorum ecclesiasticorum licentia seu fa-  
cultate libri imprimantur, aut vendantur.

Immo amplius synodus provincialis Salisburgensis  
edita anno Domini 1569. constitutione quinta, c. 5.  
saluberrime cauit, ut quotannis Typographi, & Bi-  
bliopole coram ordinarijs locorum deputatis, fidei  
catholice professionem facere teneantur, simulq; obe-  
dientiam sancte Sedi Apostolice cum renuntiatio-  
nes, & abnegatione omnium heresim pollicerent, quod  
decretum his calamitosis temporibus vbiq; plaue-  
ret observandum.

Sed quæ erit pena transcribentium, libros hereti-  
corum, aut damnatos errores continentem olim Lu-  
thianus Nouella quadam, constitutione 42. de de-  
positione Anthoni penam amputationis vnus ma-  
nus statuit in eos, qui eius heretici libros scriberet;  
in hæc verba. Sciendo quæ amputatio manus, his q  
scripta eius scripserint, pena erit, Idem proculdu-  
bio dicturus de impressoribus si tunc extitissent.

Sed hæc severitas ab Ecclesie tribunalique sangui-  
nem non fundit, longe abest: at in concilio Lateranensi  
sub Leone X. sess. 10. impressoribus librorum, præter  
excommunicationem, alia pœne imponuntur. Sanè  
in hæc causa ita sentivim: qui libros hereticos  
transcriberet, aut occulte contra legem in fisionem im-  
primeret, velius hereticorum fautor posset per Inqui-  
sitores pœnis arbitrarijs coerceri.

Idem iudicio de veredarijs nostris seculi, seu de li-  
brorum latoribus, quos sepe contingit ex Germania,  
Gallia, vel alijs hereticorum provincijs, libros veti-

**A** tos clam deferre in terras fidelium; nã hi fautores  
hereticorum proculdubio censeri debent; & acriter  
sunt puniendi. Petrus Godofredus in l. 4. c. de he-  
reticis, capitali pœna hos subiciendos proficitur. p.  
h. 2. c. quæ res exportari non debeant, cui addo l. co-  
tem. ff. de publ. & reftigal. sed cum sepe manuerim  
hæc crimina ob hæresis suspicionem quam habent  
annexam, ab Inquisitorib. coercenda esse, debuit om-  
nino per leges Canonicas iudicari: itaque præter ex-  
communicationem, bonorum, etiam confiscationem  
patientur, argumento c. ita quorundam. extra de fu-  
dais; & Sarrac. Ad hæc etiam, si viles fuerint, ver-  
beribus cedi poterunt; si honestiores, exilio mulcari  
**B** iuxta qualitatem personarum: quæ omnia Inquisito-  
rum arbitrio relinquuntur.

Ceterum, in scriptore, & latore veterum librorum  
scienciam eorum oportet interueniri, vt tales pœnas  
sustineant: nam si scriptor sit ignarus, qui penitus  
ignoret quod scribit, quod sepe contingit: item si la-  
tor seu veredarius, quem vulgo Coreum vocamus,  
quid deferat, nesciat, cum clausos litterarum fascicu-  
los, & cetera quæ asportat, huiusmodi homines re-  
cipere solent, immunes esse crederent, quoniam igno-  
ranti nihil imputatur. l. fidei iussor. ff. mandati. & igno-  
rantia a pœna excusat. l. 2. ff. in ius uocati ut eant. l.  
fin. ff. de decret. ab ord. facien. tradit. Aymon Craue-  
ta conf. 6. nu. 72. Hæc autem ignorantia semper præ-  
sumitur nisi scientia probetur. l. verius. ff. de proba-  
tio. tradit Maranta, in l. is potest. ff. de acq. nu. 383.

Veruntamen (ut plenius adhuc & copiose dicã)  
de scriptore librorum prohibitorum multum referre  
arbitror considerare, qualiter transcribant: An sit  
discipulus, qui magistro dictante, aut alio quouis  
modo iubente, seu norante scribat, quæ bona & sana  
esse crederet: Itẽ an sit famulus, qui iubente domino  
libros vel librũ seu quamlibet damnatam scripturã  
aut impia dogmata scriberet, ignorẽs qualia ea sint,  
aut contra sciens, sed metu nõ audeat denunciare: Itẽ  
an pretio conductus scribat, nesciens se veneno-  
sa dogmata scribere, aut contra sciens: Item  
an ab aliquo sibi ipsi scienter scribet, quæ damnata esse  
intelligi: nam his considerationibus habitis prudẽs  
Inquisitor iudicabit, an scriptor de hæresi sit sus-  
pectus, & quo suspicionis genere laboret: ut pro modo  
culpe ad abiurationem, vel purgationem Canonicã  
inducendã, aut ad alias pœnas seu penitentias, aut cor-  
porales, aut pecuniarias imponendas procedere possit.

Denique qualis sit pœna eorum, qui libros catho-  
licos falsauerunt, corrumpentes eos, aut sana doctri-  
na heretica dogmata immiscentes, docetur in sexta  
synodo Constantinopolitana, actio. 13. reseritq; Iuo-  
par. 4. cap. 158. in hæc verba: Præcipimus illos,  
qui falsauerunt libros Catholicos, anathemati fu-  
bijs, & cum hereticis anathematizari, hæc ibi.  
Monebo interim in huiusmodi scelervis patratores  
acerrime esse animaduertendũ, cum uno actu plura  
delicta committant. Illa autem verba, & eum he-  
reticis anathematizari, indicat eos, qui talia faciunt  
hereticos esse putandos, quod & verum est iuxta id  
quod diximus supra cap. fraternitatis. de heret. ver.  
Ex supradictis pendet.

Multis autem modis contingere potest hæc fal-  
satio seu deprauatio librorum Catholicorum, videlicet,  
H 4 additione,

Qualis pœ-  
na eorum qui  
libros catho-  
licorum fal-  
sant, aut cor-  
rumpunt.

Impressores  
librorum hereticorum  
licet puniantur

Arbitrarij  
sunt eorum  
dam.

Synodi Sa-  
lzburg. de  
curam.

Pœna tran-  
scribentium  
libros heretico-  
rum.

Veritari de  
serentes li-  
bros prohibi-  
torum quæ pe-  
na plectendi

additione, diminutione, mutatione, falsa compositione, interpretatione, & male detorta allegatione, quae nos copiose docuimus lib. 2. de causis unde hereses oriuntur, quae non sunt presentis breuitatis.

Iam in catholicis libris falsandis gradus quidam obseruari sunt: nam grauissime peccant qui Canonicas scripturas ueteris aut noui Testamenti falsant, quae peccant qui Catholicorum scriptorū, id est sanctorum Patrium libros & tractatus deprauant, tamen si & hi etiam ingens scelus committant: minus uero illi delinquant, qui non deprauant libros ad religionem spectantes, sed alios: Illorum certe seuera animaduersione digna est audacia, et perniciosa malitia, qui libris hereticorum, nomina & titulos catholicorum aut uirorum sanctorum imponunt, & ueram & catholicam credantur habere doctrinam: quod mendacium aptissimum est ad decipiendum incautos, & ad hereses introducendas. Haec omnia diligenter sunt consideranda, ut pro modo culpae condigna poena delinquentibus infligatur.

### Ex Decret. tit. de testib. & attest.

Gregorius. IX:

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit, supple tu, ex iudicis officio.

C A P. LIII.

† De hac materia Eym. 3. q. 6. 62. & ibi dixi.

**V**M clamor validus contra Acherontin. Archiepiscopum super simonia, & alijs criminibus, accessisset, Meliten. & Rubé. Episcopis dedimus in mandatis, ut super his diligenter veritatem inquirerent: & infra Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deponere confusè, quod ex dictis eorum non potest ueritas declarari: Mandamus, quatenus examinatis eos iterum diligenter: & tam eorum, quam aliorum quos receperitis, testificata sub sigillis uestris, nobis fideliter referatis.

### Ex decretalibus tit. de uerbor. significatio.

Innocentius III. Priori sancti Frigidiani Lucan.

Appellatione Ecclesiasticae censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.

C A P. XX.

**V**ARENTI quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus: Respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia ualeat intelligi: nisi iudex discretus rerum & personarum circumstantijs indagatis, ferat quam magis uiderit expedire.

### Ex Clementinis tit. de uerbo signifi.

Clemens V. in Concilio Viennen.

Determinat & declarat quid significant haec uerba inserta in iudicialibus commissionibus, quae sunt a Principe, uel a iure: scilicet, quod procedatur simpliciter & de plano, & sine strepitu & figura iudicij. Ioan. And.

C A P. II.

**S**EPE contingit, quod causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione uerborum, a multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile) decedere cupientes, hac in perpetuum ualitura constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigat, litem contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum a iure, procedere ualeat, amputet dilationum materiam, licet quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes & iurgia, testiumque superfluum multitudinem reſſrenando. Non sic tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessariae & defensiones legitimae admittantur. Citationem uero ac praestationem iuramenti de calumnia uel malitia, siue de ueritate dicenda, ne ueritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet pro parte agentis, & etiam rei, si quid petere uoluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, siue in scriptis, siue uerbo: actis tamen continuos (ut super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & ut fiat diffinitio clarior) inferenda. Et quae positiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confessiones & articulos ad elatiorē probationem usus longaeuus in causis admittit: Nos usus huiusmodi obseruari uolentes, statuimus, ut iudex sic deputatus a nobis (nisi aliud de partium uoluntate procedat) ad dandum simul utriusque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes ut uolunt in causa, post dationem articulorum, diem certam quoadocumque sibi uidebitur, ualeat assignare; eo saluo, quod ubi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, possint etiam instrumenta produci, assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes siue ad eorum instantiam, siue ex officio, ubique hoc aequitas suadebit. Sententiam uero diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptorie, partibus) in scriptis, & (prout magis sibi placuerit) stans uel sedens nosterat: etiam (si ei uidebitur) conclusionem non facta, prout ex petitione & probatione, & alijs actibus in causa fuerit faciendum; Quae omnia



omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel alias procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, volumus obseruari. Si tamen in premiffis casibus solemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partib. obseruetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.

Data Auinione 13. Kal. Decemb. Pont. No-  
stri Anno Secundo.

Ex Decretalib. tit. de accusat. inquis.  
& denunt.

Innocentius III. in Concilio  
General. †

Superior contra subditum maxime praelatum, de  
his tunc inquirat, super quibus processit infamia:  
& tunc vocabit eum, & tradet sibi capitula, & no-  
mina, & testi inuicta publicabit, & ipsius legiti-  
mas exceptiones admittet. & probato graui crimi-  
ne, eum ab administratione remouebit. In regulari-  
bus vero praelatis ad unquam seruandus non est hic  
ordo. Et quaquam in hac summatione, modica videat-  
ur agi differentia inter praelatos & subditos, contra  
quos inquitur, tamē faciēda est, vt patet in littera.

C A P. XXIII.

**Q**VALITER & quomodo debeat  
praelatus procedere ad inquirendū  
& puniendū subditorum exce-  
sus, ex auctoritatibus noui & vete-  
ris testamenti colligitur euidenter,  
ex quibus postea processerunt canonice sanctio-  
nes, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri  
approbatione Cōcilij cōfirmamus. Legitur enim  
in Euangelio, quod villicus ille, qui diffamatus  
erat apud Dominum suum quasi dissipasset bo-  
na ipsius, audiuit ab illo, quod hoc audio de te: red-  
de rationem villicationis tuę: iam enim non po-  
tetis amplius villicare, & ita in Genesi Domi-  
nus ait, Descendat, & videbo vtrū clamorē, qui  
venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus au-  
thoritatibus manifeste probatur, quod non solū  
cum suaditus, verum etiam cū praelatus excedit,  
si per clamorem & famā ad aures superioris per-  
uenit, nō quidē à maleuolis & maledicis, sed a  
prouidis & honestis, nec semel tantū, sed sæpe, quod  
clamor inuit & diffamatio manifestas, debet co-  
rā Ecclesię senioribus veritatem diligentius per-  
seruari, vt (si rei poposcerit qualitas) canonica  
districtio culpā feriat delinquentis: nō tanquam  
idem sit accusator & iudex, sed quasi denuntian-  
te fama, vel deferente clamore, officij sui debi-  
tum exequatur. Licet autē hoc sit obseruandū in  
subditis, diligentius tamen est obseruandū in  
praelatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittā:  
Et quia non possunt omnibus complacere: cum  
ex officio suo teneantur non solum arguere, sed  
etiā increpare, quin etiā interdū suspendere, non

A nunquam vero ligare, frequēter odium multorū  
incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo sancti Pa-  
tres prouide stauerunt, vt accusatio praelatorum  
non facile admittatur: ne cōcussis columpnis, cor-  
ruat edificij, nisi diligēs adhibeatur cautela, per  
quam non solum falsā, sed etiam malignā crimi-  
nationi ianua praeludatur: Verū ita voluerūt  
uidere praelatis, ne criminaretur iniuste, vt tamē  
cauerēt, ne delinquerēt in sciētē: contra morbū  
vtrumque inuenientes congruā medicinam, vi-  
delicet, vt criminalis accusatio, quę ad diminutio-  
nem capitis, id est degradationē intenditur, nisi  
legitima praeceat inscriptio, nullatenus admitta-  
tur. Sed cum super excessibus suis quisquam fue-  
rit infamatus, vt iam clamor ascēdat, qui diutius  
sine scandalo dissimulari non possit, vel sine pe-  
riculo tolerari, absq; dubitationis serupulo, ad in-  
quirendū & puniendū eis excessus, non ex odij  
fomite, sed charitatis procedatur affectu; quate-  
nus si fuerit grauis excessus, etsi non degradetur  
ab ordine, ab administratione tamē amoueat  
omnino: quod est secundum sententiam Euāge-  
licam a villicatione villicum amoueri, qui non  
potest villicationis suę dignam reddere rationē:  
Debet igitur esse praelens is, contra quem facien-  
da est inquisitio, nisi se per cōtumaciā absentau-  
erit, & exponenda sunt ei illa capitula de quibus  
fuerit inquirendū, vt facultatē habeat defenden-  
di seipsum, & non solū dicta, sed etiam nomina  
ipsa testiū sunt ei, vt quid, & à quo sit dictum ap-  
pareat) publicanda: Necnon exceptiones, & repli-  
cationes legitime admittendę, ne per suppressio-  
nem nominum, infamadi, per exceptionum ue-  
ro exclusionem, deponendi falsum, audacia præ-  
beatur. Ad corrigēdos itaque subditorum exce-  
sus, tanto diligentius debet praelatus assurgere,  
quanto danabilius eorū offensas desereret incor-  
rectas. Cōtra quos, vt de notorijis excessibus tace-  
tur: etsi tribus modis possit procedi, per accusatio-  
nē videlicet, denuntiationē, & inquisitionē ipso-  
rum, vt tamē in omnibus diligēs adhibeatur cau-  
tela, ne forte per leue compendū ad graue dispē-  
dium veniatur: sicut accusationē legitima debet  
praeceat inscriptio, sic & denuntiationem cha-  
ritatiua monitio, & inquisitionem clamorosa in si-  
nuatio praeuenire: illo semper adhibito modera-  
mine, vt iuxta formam iudicij, sententię quoque  
forma dicatur. Hunc tamen ordinem, circa re-  
gulares, personas nō credimus vsquequaque ser-  
uandū, quā (cum causa requirit) facilius & libe-  
rius a suis possunt administrationibus amoueri.

B

C

COMMENT. XVIII.

**Q** Valiter & quando. Hęc decretalis optimo  
consilio inserta est ab Eymérico operi huic,  
cui in ea modi procedendi in delictis prescribatur,  
quorum magnus est vsus in sacro Inquisitionis tri-  
bunali, vt 3. par. copiose auctor demonstrauit. de-  
sumpta est ex Concilio Lateranen. sub Innocentio  
III. cap. 8.

b Sic & denuntiationem charitatiua moni-  
tio. ) Sed an in crimine hęresis locum habeat cha-  
ritatiua monitio, seu fraterna correctio, grauis est  
controuer-

Accusatio-  
nes contra  
praelatos nō  
facile admit-  
tendę. Con-  
cor. c. accusa-  
tio. 2. q. 7.

Subditorum  
excessus dili-  
genter corri-  
gendi.

An in crimi-  
ne hęresis lo-  
cum habeat  
fraterna cor-  
rectio.

Edria  
Dona. t.

In Cōcilio  
general. La-  
teranen. c. 7.

Luc. 16.

Gen. 11.

Sententię  
finitur  
agitur de  
no quod  
profertur  
lit.

controverſasquam præ cateris tractat abunde Alſonſus Caſtrus lib. 2. c. 25. de iuſta her. punit. Simã cas de catbo. inſtit. titu. 19. num. 10. & ſeq. Melchior Canus lib. 12. de locis theologice, c. 9. ver. at Chryſoſtomus a nobis & nouiſſime Joannes Roias tract. de here. par. 2. aſſer. 3. & alij.

In hac lite ne vel nimis ſeuere: aut contra, nimis leniter quidquam ſtatuumus, primum obſeruandum eſt, hæc duo lóge differre, videlicet, labi in hæreſim ſeu proferre hæreticas propoſitiones, & hæreticū eſſe: non enim omnis, qui hæreticas proferit propoſitiones, protinus eſt hæreticus, niſi adiunctam habeat pertinaciam, vt alibi copioſe diſſerui.

Qui hæreticas propoſitiones fortalis pignorantiam proferret ſecreto corrigendus.

His poſitis, ſit hoc primum axioma: Qui ſecreto nouit aliquem in hæreſim cecidiſſe, quoniam eum au diuit, ut alias intellexit proferentem hæreticam aliquam propoſitionem: nec ſibi conſtat eum hæreticū eſſe, cū neſciat, an ex ignorantia illam protulerit, ſe netur ſaltem ſemel illum ſecreto corripere antequã fidei iudicibus denuntiet, ita noſter Alſonſus li. 2. cap. 25. de iuſta her. punitio. Cuius ſententiæ hæc limitatione addita, libenter accedo, ſi talis alias ſit vir ſimplex & pius, qui ex mera ignorantia errare probabiliter preſumatur, ſet noſtra admonitione corrigendus merito cenſeatur.

Verum in ſecunda parte tota difficultas conſiſtit An ſcilicet lex fraternæ admonitionis obſeruari de beat cum eo, quem ſecreto conſtat alicui hæreticū eſſe, in quã ſeculo nunc priuatã Inquiſitionum editas, quibus omnino denuntiari iubentur, ſit ſecundũ axioma: Denuntiandus eſt occultus hæreticus abſq; fraternæ correptione præcedẽti, niſi forte aliquis firmiter exiſtimaret, quod ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet eum a tanto malo renouare, ita ſanctus Thomas 2. 2. q. 33. art. 7. atque in his locum etiam habere fraternam correptionem, vnam tamẽ tantum, videtur uelle Tertullianus in lib. de præſcriptione hæreticorum c. 16. ſed apertius Beatus Ambroſius apud Paulum ad Titum c. 3. & alij.

Sæpiſſime omittere fraternam correptionem erga hæreticos tutiſſimum eſt.

Cæteris, recte admonet Alſonſus, & Canus præ citatis locis, non niſi cum exquisitiſſimis conſiderationibus, noſtris temporibus eſſe uſurpandã: vt plurimũ ergo eam omittere tutius & ſecurius eſt. Tũ autem penitus fieri debet hæreticorum occultorum denuntiatio, cum ſimplices et rudiores clam ſubuertere noſcuntur. Item tunc denuntiari omnino debet cum nõ eſt probabilis ſpes, quod reſpicere debeant. Item eos tunc penitus denuntiare oportet, cum legitime interrogati in iudicio, eos, quos ſcimus hæreticos, iuriſturadi religione manifeſtare cogimur: ac multis quidem alijs modis denuntiand; ſunt neceſſario, et iudicio meo pauciſſimi ſunt caſus, in quibus cum huiusmodi hæreticis fraternæ correptione locum habere poſſit.

Non obſtante iuramento hæretici ſunt denuntiandi.

Et obligatio denuntiandi hæreticos tanta eſt, vt etiã locum habeat non obſtante quouis iuramento in contrarium emiſſo, pacto, aut promiſſione. ſanctus Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad ſecũdũ argumentũ cuius verba ſunt: Circa ea vero, quæ aliter homini ſub ſecreto committuntur, diſtinguẽdum eſt: Quandoq; enim ſunt talia, quæ ſtatim eũ ad notitiam hominis uenerint, homo ea manifeſtare tenetur, puta ſi pertinent ad corruptionem multitudinis

A ſpiritualẽ vel corporalem, vel in grauẽ damnum alicuius perſonæ, vel ſi quid aliud eſt huiusmodi quod quis propalare tenetur vel teſtificando, vel denuntiando. Et cõtra hoc debitum obligari nõ potest per ſecreti commiſſum: quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet. hæc enim Thomas. Alteri quidem, id eſt, bono publico vel Deo, in caſu de quo agitur, fides frangeretur, nam hæreſis bonum publicum perturbat & ledit, & Deum ipſum oppugnat. Et pro hac ſententiã facit textus in e. quemadmodũ. S. vlti. de iureiur. & text. in c. intimauit. de teſtib. c. nõ eſt obligatorũ. de regu. iur. li. 6. tradidit. que iam olim Guido Fulcodius, qui Clemens 1111.

B inde creatus eſt, in conſultationibus ad Inquiſitores. q. 8. in hæc verba: Sed nec iuramento vel uoto in contrarium emiſſo: nam licet veritatem celare poſſimus hoſtis vel perſecutori, vt 2. 2. q. 2. ne quis, Iudici tamen veritatem inueſtiganti eam occultare mortale peccatum eſt, vt 1. 1. q. 3. quifquis. ergo iuramentum uel votum in contrarium emiſſum, nõ eſt ſeruandum: 2. 2. q. 4. in malis. hæc enim ille. Loquebatur autem in ſpecie de cauſa propoſita ut inquit quæſtionis indicat.

C Poſtremo adeo verum eſt, hæreticos eſſe denuntiandos non obſtante ſupradictis, vt is qui abſq; legitima cauſa eos opõrtet denuntiare, excommunicacionis ſententiã percellatur, ſicut diximus ſupra commentario 2. ſuper cap. Qui alios. de heret.

Exlib. Sexto tit. de pœnis.

Bonifacius VIII. Bitteren. Episcopo.

Docet hæc Decretalis quibus aſſiſtentibus fieri debeat degradatio, de quibus veſtibus, ornamento, ſcribis, & inſtrumentis in degradatione fiat expolitiõ, & quib. verbis utatur ipſe degradas. Io. And.

C A P. II.

D E G R A D A T I O ¶ qualiter fieri debeat a nobis, tua fraternitas requirit. Super quo tibi taliter reſpondemus, ſp verbalis degradatio ſeu depositio ab ordinibus vel gradibus Eccleſiaſticis, eſt a proprio Episcopo ſibi aſſiſtente in degradatione clericorum, in ſacris conſtitutorum ordinibus, cetero Episcoporum numero diſſinito a Canonibus faciendã, quamquam proprii Episcopi ſententiã ſine aliorum Episcoporum preſentia ſufficiat in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt. Actualis vero ſiue ſolemnis, cœleſtis militiæ militis, id eſt, clericus degradatio (cum ad eam fuerit procedendum) fiet ut ex auctoritate eius, qui militiẽ deſeruit armate, cui militaria detrahuntur inſignia, ſequẽ a militia remotus caſtris reuocatur, priuatus confortio, & priuilegio militari. Clericus igitur degradatus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas vel aliud inſtrumentum, ſeu ornamentum ad ordinem ſuũ ſpectans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolenniter miniſtrare ad Episcopum preſentiã adducatur: cui Episcopus publice ſingula ſiue ſint ueſtes, calix, liber, ſeu quicquid alia

Hæc verba in e. habentur in Decretis & Bitteren. non impoſitã modis notatis in notatio P. traditi cu ſaculu. i. tuerur, in nouimus, verbo ſignificat quod mot ponit hic E. mectus

alia (quæ illi iuxta morem ordinandorū clericorū in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita seu collata) singulariter auferat ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat vltimo, inchoando, & descendendo gradatim, degradationē continuat vsque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ: tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsuræ seu clericatus vestigiū remaneat in eodem. Poterit autem Episcopus in degradatione huiusmodi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata: dicēdo presbytero hæc vel similia verba in remotione plane te: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus, sicque in remotione reliquorum in signum similibus verbis, vtens, in ablatione vltimi, quod in collatione ordinum primum fuit in scripto vel alio simili modo pronunciet, siue dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac nostræ, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, de gradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali.

**A** ipsius Episcopi commissimus audiendam, qui partibus citatus cum nec per se, nec per responsalem idoneum cōparuerit, in eundē propter inobediētiam excommunicationis sententiā protulerūt: Iestes ex parte vestra (quæ admodū in madatis a nobis acceperant) admittētes, scilicet Abbates, Priores, Præpositos, & alios religiosos viros per quos quolibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum, & infra. Nos igitur videntes ordinē iudicariū, in hoc facto fuisse seruatum, considerato præterea, quod post sententias in se datas celebrare præsumperit: cum multi prælati ecclesiariū, contra eundē Episcopū scripserint, nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus excusandus in nomine Domini cū Apostolo omnē inobediētiam vlticē volētes, licet absentes corpore, præfentes tamen spiritu, iuxta uerbū eiusdē Apostoli tulimus sententiā perpetuæ depositionis in ipsū, & eum tā à Pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuantes sine spe resuscitationis aliquaduximus cōdēnandū. Ea nihilominus in irritum reuocātes, quæcumque post inhibitionē sedis Apostolicæ, seu factā suspensionē, & excommunicationem de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit.

**B** Vt itatis est verbum. Hoc rescriptum primo obtutu non videtur accommodari in-

**C** A P. VIII. **V**ERITATIS est verbum a organo dominicæ vocis emissum, & infra. Sicut Canonici Curien. in nostro adiutorio retulerūt, H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam, non solum dilapidāto deprecisit, sicut publica prædicabat in fama, se l etiam homicidio, incestu, alijsque criminibus polluit: & infra. Super his commissimus primo causam Tridon. Episcopo, & Abbati montis sanctæ Mariæ, & Præposito de insula: Secundo quoque Brixien. Episcopo, & ipsis Abbati & Præposito: & infra. Verum cum Episcopus ipse priorum iudiciū præsentiam adire per contumaciā contempserit, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio, beneficioque suspensus, & infra. Tandem vero coram iudicibus Canonica citatione vocatus, præsentiam suā difficulter exhibuit: sed friuolā tunc excusationem, malitia concepta prætendens, ex periri cū canonicis in iure neglexerit. Quia de causa, nos de consilio fratrum nostrorū suspendentes Episcopū ipsū, vel potius suspensionē à iudicibus factā auctoritate Apostolica cōfirmantes. Tertio super his Cumano Episcopo & Abbati sancti A. causā ad superadā malitiā

In causa hæ. resis etiam lite non contestata testes possunt recipi.

Quid operentur testes recepti lite non contestata.

**D** E Quod si quis querat, quid operentur testes ita recepti, restōdebo multos effectus posse producere, primum enim ad inquirendum iuuabunt, deinde repetiti iudicium facient, tandem si fuerint integri, hoc est, omni exceptione maiores, pro qualitate delicti, ad probandum & conuincendum erunt idonei, dum modo cetera deinde iuxta ordinem iudicarium obseruentur. id est, vt testes repetantur, & reis legitimæ defensiones, & debita defensionum induciæ concedantur. Testes enim, qui in alijs causis lite non contestata recepti, nihil facerent, fauore fidei in causis hæresis

Hæc verba videntur in si. iuxta modum à Felice reccoriationis Innocentio Papa prædecessore nostro super hoc annotatum, tradatur eum rix seculari.

Ex Decretalib. tit. de dolo & cōtum.

Innocentius III.

Si proceditur per viam inquisitionis cōtra absentem contumaciter, etiā lite non cōtestata, testes recipi possunt, & sententia diffinitiuā ferri etiam per viam depositiōnis, si hoc meretur delictum.



**V**ERITATIS est verbum a organo dominicæ vocis emissum, & infra. Sicut Canonici Curien. in nostro adiutorio retulerūt, H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam, non solum dilapidāto deprecisit, sicut publica prædicabat in fama, se l etiam homicidio, incestu, alijsque criminibus polluit: & infra. Super his commissimus primo causam Tridon. Episcopo, & Abbati montis sanctæ Mariæ, & Præposito de insula: Secundo quoque Brixien. Episcopo, & ipsis Abbati & Præposito: & infra. Verum cum Episcopus ipse priorum iudiciū præsentiam adire per contumaciā contempserit, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio, beneficioque suspensus, & infra. Tandem vero coram iudicibus Canonica citatione vocatus, præsentiam suā difficulter exhibuit: sed friuolā tunc excusationem, malitia concepta prætendens, ex periri cū canonicis in iure neglexerit. Quia de causa, nos de consilio fratrum nostrorū suspendentes Episcopū ipsū, vel potius suspensionē à iudicibus factā auctoritate Apostolica cōfirmantes. Tertio super his Cumano Episcopo & Abbati sancti A. causā ad superadā malitiā

haeresis supradicta valide praesentant, cum in hoc crimine de plano procedi possit.

Ex Decretal. titu. de verbo. signific.

Innocentius III. Episcopo Parisien.

Clericus traditur curiae seculari; quia degradatur seculari potestate praesente, cui denuntiatur, ut in suu foru illu recipiat. hoc dicit usque ad §. Pro illo.

C A P. XXVII.



OVIMVS expedire, a ut verbu illud, quod in antiquis Canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet, ut clericus per Ecclesiasticum iudicem degradatus seculari tradatur curiae puniendus: apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum, super hoc consulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio a pluribus approbata, ut clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue, non solum damnabile, sed danosum fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur: eum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebranda seculari potestate praesente, ac pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum: Et sic intelligitur tradi curiae seculari: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.

Falsarius perpetuo carceri mancipatur, ut in dolore poenitentiam agat.

Pro illo vero falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consilium, ut in perpetuo carcerem ad egeam poenitentiam ipsu includas, paucis doloris, & aqua angustiae sustentadu, ut commissam defleat, & flenda ulterius non committat.

† c. poenitentia, de poenit. dist. 3.

COMMENT. XX.

NOuimus expedire. ] Dicitur erat ab Emerico in praecedentibus, a quibus & quo modo celebranda esset degradatio, ex c. 1. de her. lib. 6. & ex c. degradatio, de poenis lib. 6. Sed quoniam dubitari poterat, quae ratio intelligeretur tradi quempiam curiae seculari, id demonstratur hoc rescripto, et in summa hoc dicitur: Exiit priuilegio clericali quod tradendus est potestati seculari, a foro Ecclesiae praecipue, et praesenti iudici seculari dicitur, ut eum hominem in suu foru recipiat. quae qua ratione ad praxi reuocetur docet Eymers. 3. p. in mo nono. praesens fidei terminandi.

Quid seruandum circa tradendum curiae seculari.

Inquisitores pro traditis curiae seculari intercedant ne fiant irregulares.

Pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere. ] Et ita seruant Inquisitores, quando reos iudicibus secularibus tradunt, aut relinquunt, ne sanguinis effusioni consentire videantur, & irregulares efficiantur: idem disponit lex septiparita par. 1. tit. 6. l. 60. ibi Pero su Perlado deue rogar por el, que le aya alguna merced si quisiere. Quibus verbis alius ritus paulo differens ab eo qui praescribitur in

A hoc c. continetur, videlicet, quod Inquisitores rogent iudicem, ut cum sibi traditis misericordiam, si velit, utatur, quod est diligenter obseruandum, nam per dispositionem d. legis 60. hoc sufficit ad euitanda irregularitatem. Conaruias tamen in relectio. Clemet. si furiosus, 2. p. §. 5. nu. 6. tutius esse putat, ut Inquisitores non tradant sic danatos curiae seculari, sed eos solum, ut eos condonent coram iudice laico, atque ita danatos a propria iurisdictione dimittant, ut denique statim iudex secularis eos recipiat, & ultimo supplicio afficiat, ut notauit Henricus Boich in c. ad abolendam. §. super eo. de heret. nu. 7. quem sequitur Ioannes Igneus in l. 1. §. cum domus. ff. ad Senatuseon. Syllan. nu. 37. sed in praxi id seruatur, quod traditur in hoc c. nouimus. ut docet Ioannes Roias in sing. 175. quod satis est ad liberandos Inquisitores ab irregularitate.

Quamquam autem haec recte se habeant, at nullo pacto reticendum puto, quod in hac causa amplius solerti Romanorum Pontificum prouidentia cautum est, non modo circa Inquisitores, sed etiam circa consultores, ut irregularitatem securius euitarent. Nam Dominus Papa Paulus III. Romae die 29. Aprilis, anno 1557. considerans in congregationibus, quae in causa haeresis coram ipso fiebant, interuenire solere praemaiori parte clericos seculares & regulares in sacris & sacerdotio, ac in Episcopali, Archiepiscopali, uel alia maiori dignitate forsitan constitutos, ac nonnullos etiam sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & saepe contingere iuxta eualitatem casuum & delictorum, de quibus agebatur, eos contra reos sententiam dicere, ex qua membri mutilatio, seu sanguinis effusio, etiam usque ad mortem naturalem fuerit subsecuta, proinde eorumdem securitatis, & tranquillitati meritis & conscientiae consulere uolens, statuit ac decreuit, ut praedicti omnes, qui in iudicando sibi assisterent, non solum in causis haeresis, sed etiam in quacumque causa criminali, quae coram ipso tractata fuerit, uel tractaretur, seu etiam possent dicere contra reos, quae damnarentur ad quaestiones, seu torturam, aut alias penas condignas, etiam usque ad mutilationem membri, & ad mortem naturalem inclusi uel absque, alicuius celsurae uel irregularitatis incursu.

Idem ipsum decretum Pauli III. confirmauit postea Pius Papa V. extendique uoluit ad omnes Inquisitores, eorumque Vicarios commissarios, & consultores, ut testatur Umbertus Locatus in opere iudiciali Inquisitorum circa finem, titulo de Decretis quod & uerum est.

Itaque hodie statibus his decretis, non uidetur necessaria protestatio de qua hic, cum rei haereticos aliter traduntur seu relinquuntur curiae seculari, ad hoc ut Inquisitores euitent irregularitatem. Caterum omittenda non est, quoniam & communi iure, & generali fori Ecclesiastici consuetudine nititur, & quamquam uera, & certa sint quae haecenus diximus, non tamen est omittenda, nec reijcienda sunt plura remedia quae ad eundem finem securius consequendi parari possunt.

Sed non prohibendum est pro haereticis intercedere, non modo quando sunt haeretici declarati, sed etiam quando pendet inquisitio contra eos, etiam si de eorum correctione spes habeatur, ut docet Matthaeus de Afflictis super consuet. in consuet. notab. 25. Alfonso

Conti...

Hae et...

Anthe...

fontus Castus lib. 2. c. 17. de iusta heret. punie. l. quisquis. §. denique. C. ad leg. Jul. maiesi. facit text. in c. si quis. 6. q. 1. & in c. miror. 50. distin. cum similibus. id quod sancit nominatim Federicus Romanorum Imperator in d. l. inconsutilem, in fine his verbis. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat, quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus.

Et plene verum est, interdicitum esse pro hæreticis intercedere; sed cum hoc crimen sit grauissimum, pro quo imponitur pena traditionis brachio seculari, & expulsiōis ab ecclesiæ foro, nec amplius pertineat ad Ecclesiā de tali delinquente indicare, ideo

A apud alienum forum pro eo intercedunt iudices Ecclesiastici, ita Panormitanus in hoc. c. nouimus, n. 8.

Sed melius forte dici posset, vetari quidem intercessionem, quæ tendat ad fauorem heretici, uel ad impedimentum iustitię, non autem eam, quæ conducit ad uitandam irregularitatem, & ab ipso iure nominatim præscriptam, nemo enim dubitat multis modis intercedi posse. Alię possunt solutiones afferrī, quę ad nostram breuitatem non pertinent.

Ioannes Rossensis articulo 33. aduersus Lutherum non procul a fine vers. Haud recte vocas aliter quam Doctores hic videtur interpretari hoc c. nouimus, quę nos libenter hic missa facimus.

# EXTRAUAGANTES ALIQVOT DIVERSORVM ROMANORVM PONTIFICVM

Inquisitionis officio congruentes.

## De hæreticis.

### Benedictus XI. Inquisitoribus hereticæ prauitatis.

Declarat decretalem, Per hoc, eod. tit. lib. 6. bonæ hereticorum per diocesanos usurpari vetans.

#### C A P. I.

X eo, quod quædam nouella constitutio super negotio hæreticæ prauitatis à bonę memorię Bonifacio Papa VIII. prædecessore nostro edita, continet, quod in ipso negotio, per diocesanos Episcopos & Inquisitores super eodem facto inquiri valeat, cum munitur vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus: Nos cōsulere uoluitis, quando, & quoties sit ista processuum cōmunicatio faciendā. Nos autē de fratrum nostrorum consilio, intelligendo diocesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere: cū ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum, Inquisitores tantum procedunt: Consultationi vestrę breuiter respondemus, quod quādo utriusque procedunt seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum nisi quod solum sententia promulgetur, cōmunicare processus. Licet enim quibusdam potuisset uideri per legē ciuilem, quod sicut quando aliquis ex actitatis coram alio, debet, ferre sententiam, ut puta, quādo administrator delegat causam sibi sententia referuata: saltē in principio, id est contestatione, rursus in medio & semel in fine, quæ sunt examinata audire debet ita & in casu præsentis ubi ex actis coram alio habitis, alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recēseat, quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admittit. Vnum sane casum excipimus, si alter

C commodè non possit procedere, nisi alteri actis uisus. Ex hac enim causa semel tantum (ut fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verum, quia nonnulli diocesani partem partis pro uentuum de hæreticorum bonis Inquisitionis officio deputate propter expēsas quas dum inquirunt in sæpedito negotio faciunt, a uobis exigere moliantur: hoc tāquā iuri absonū (cū ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autē iidem diocesani pro uentuum obuenientium, ex Inquisitionis officio a uobis non obtinere aliqua cōstitutione, cōsuetudine vel mandato contrarijs non exposcant sed eam Camere nostrę vel alij cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mādaremus reddēdā, reddatis, quę generaliter obseruari iubemus. Dat. Late ran. vi. Nonas Mart. Pontificatus nostri anno primo.

† Emericus par. 3. q. 104. 105. & seq. ubi dixi.

Episcopi proprijs sumptibus in hereticos debent animaduertere. † Al. obuentionum.

### Extrauagan. Domini Ioannis XXII.

Inquisitores hereticę prauitatis censuras Ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuntios sedis Apostolicę sine ipsius licentia speciali: sed de eorum excessibus, informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

#### C A P. II.

V M. † Matthæus de Pontiuian. ordinis Prædicatorum, Inquisitor hereticę prauitatis in Regno Siciliae auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quaesita, ac nostra & Apostolica sedis reuerentia & honore, postpositis, in dilectum filium magistrum Guillelmum de Baletto Archidiaconum Foroluieniensis capellanum nostrum, Capanię maritimęque rectorem, excommunicationis sententiam, incōsultis moribus, non sine multa temeritate duxerit proferendam? Nos uolentes de cætero taliū præsumptoribus, obuiare, vniuersis & singulis tam ordinarijs,

† Emericus par. 3. q. 26. ubi dixi, & de intellectu Lapsus responso quodam incipien. Factum super quo. qd habetur post consilia Odradi.

† Al. præsumptionibus.